



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Reverendissimi Ac Illustrissimi Domini Domini Francisci  
Fenelonii Archi-Episcopi Cameracensis, Et Quondam Ab  
Humanioribus Litteris Serenissimi Ducis Burgundici  
Telemachus**

**Fénelon, François de Salignac de La Mothe**


**Francofurti, 1744**

**VD18 11007532**

Argumenta XXIV. Librorum Telemachi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69283](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69283)



ARGUMENTA XXIV. LIBRORUM  
TELEMACHI.

LIB. I.

**T**elemachi & Mentoris seu Minervæ eiectio in Calypfûs insulam. Benignè excepti. Juvenis propemodum amatus & Mentor Deæ suspectus. Suscepta à Telemacho quærendi Ulyffis genitoris sui ergò itinera, tempestas ad Siciliam, captivitas in eo regno & periculum cadendi pro victima ad Anchisæ tumulum. Barbarorum irruptio & à Telemacho ac Mentore contra eos Acestæ navata opera. Acestæ cura ambos reducendi in patriam.

Lib. II.

*Argumentum.*

Telemachus captivus in Ægyptum abductus. Descriptio Ægypti & laus Regis Sefostris. Telemachus separatus à Mentore. Addictus pascuis. Instructus à Termosiri sacerdote Apollinis. Celebratus famâ. Spes libertatis facta à Sefostre, extincta rursus morte regis. Novum discrimen & custodia Telemachi. Interitus Bocchoridis regis Ægypti.

Lib. III.

*Argumentum.*

Liberatus Telemachus. A Narbale reductus Tyrum. Mores Pygmalionis Regis Tyri. Mores & leges Tyrriorum. Sub ipsum fere in Cyprum abitum proditus. Dolo Astarbææ Regiæ concubinæ liberatus.

Lib. IV.

*Argumentum.*

Telemachi narratio interrupta somno. Obiurgatio Mentoris & admonitio periculi. Somnium in itinere Cyprio. Constantia & virtus imminente nau-

nau-

## ARGUMENTA.

naufragio. Cypriorum mores corrupti. Mentor's interea fors. Redditus Telemacho ab Hazaële Syrio. Iter in Cretam. Amphitrites spectaculum.

Lib. V.

### *Argumentum.*

Telemachi in Cretam ingressus. Fatum Idomenei Regis Cretæ. Comitia Cretensium pro Rege eligendo. Victoriæ Telemachi in certaminibus pro Cretensi Corona. Postulatio eius in Regem.

Lib. VI.

### *Argumentum.*

Corona Cretensis à Telemacho & Mentore recusata. Aristodemus Mentor's suafu electus in Regem. Reditus Telemachi turbatus à Neptuno. Naufragium & in insulam Calypsus eiectio.

Lib. VII.

### *Argumentum.*

Calypsus admiratio, conatus eum retinendi in insula. Cupido à Venere missus in auxilium. Mentor's monita. Telemachi in Eucharin propensio, indeque Calypsus æmulatio, ira, iuramentum ex insula sua pellendi Telemachum. Cupidinis consilia. Navis à Mentore factæ per Nymphas incensio. Telemachi cum cupiditate certamen. Mentor's cura. Telemachus à Mentore, conspecto eminus navigio, deturbatus in mare.

Lib. VIII.

### *Argumentum.*

Telemachus cum Mentore ab Adoamo Narbalis fratre in navem receptus, agnitusque. Mors Pygmalionis & Astarbæ supplicium. Baleazar admodus regno Tyriorum. Convivium, Achitoæ cantus Tritonumque & Nereidum plausus. Achitoas cantu victus à Mentore. Bæticiæ per Adoamum descriptio, laudes, mores.

Lib.

## ARGUMENTA.

### Lib. IX.

#### *Argumentum.*

Mors Telemachi incassum postulata à Iove per Venerem. Error à Neptuno immissus Athamanti rectori Tyriæ navis. Pro Ithaca ducti Salentum. Idomenei Regis in advenas humanitas. Sacrificium Idomenei pro felici belli cum Manduriis successu. Responsum Numinis.

### Lib. X.

#### *Argumentum.*

Causa belli cum Manduriis Mentori indicata ab Idomeneo. Manduriorum ratio agendi probata à Mentore. Illorum improvifus adventus. Varii Reges Græciæ inter hostium auxilia. Mentoris solitarius cum Principibus adversi exercitus congressus.

### Lib. XI.

#### *Argumentum.*

Telemachi desiderium viso extra Salentum Mentore, eiusque ad hostes furtiva excursio. Præsentia illius utilis promovendæ paci. Regum pacificus in urbem ingressus. Pacis conditiones initæ ab Idomeneo. Obsides dati. Inter urbem & castra ad faciendam amicitiam commune sacrificium.

### Lib. XII.

#### *Argumentum.*

Idomeneus invitatus ad fœdus contra Daunios. Mentoris hac in re contentio. Centum Cretenfes nobiles fœderatis permiffi cum Telemacho. Tristis discessus à Mentore. Correcti ab eodem Salentini Imperii mores & leges.

### Lib. XIII.

#### *Argumentum.*

Protesilai, intimi amicorum Regis, & Timocratis perfidia. Philoclis, Purpuratorum optimi, casus, eiusque post casum vivendi ratio. Lib.

ARGUMENTA.

Lib. XIV.

*Argumentum.*

Protesilai & Timocratis casus. Philoclis restitutio; eius post reparatam sortem vivendi ratio.

Lib. XV.

*Argumentum.*

Telemachi & Philoctetis coniunctio. Huius fata ante & post Herculis obitum.

Lib. XVI.

*Argumentum.*

Telemachi cum Phalante ob captivos controversia. Eius de Hippiade Phalantis fratre victoria dolorosa. Adraasti improvisa & per dolum impressio. Prælium. Cædes Hippiadis & Phalantis periculum.

Lib. XVII.

*Argumentum.*

Telemachi arma. Eius illo in prælio industria. Mors Iphiclis filii Adraasti. Victoria. Telemachi in vulneratos & præcipuè in Phalanthem cura, atque in Hippiadem casum pietas.

Lib. XVIII.

*Argumentum.*

Telemachi descensus ad Inferos quærendi genitoris causa. Supplicia malorum hominum, præcipuè regum.

Lib. XIX.

*Argumentum.*

Telemachus in Campis Elysiis. Gaudia bonorum Regum, & Domitorum gentium.

Lib. XX.

*Argumentum.*

Telemachi sententia de occupanda Venusia urbe, neutri addicta parti. Eius sapientia in iudicandis causis prædicatorum. Decretoria cum Adraasto pugna. Telemachi industria & fortitudo. Pisistrati filii Nestoris mors. Nestoris exinde luctus. Philoctetes vulne-

## ARGUMENTA.

vulneratus. Telemachus Adraſti totiúsque cauſæ victor.

Lib. XXI.

*Argumentum.*

Dauniorum ſubiectio. Metrodori filii Adraſti parricidium. Arpos regio oblata & recuſata à Telemacho. Eius de dividendis hoſtium regionibus ſententia, item de ſtatuendo Rege Dauniorum. Arpos ſuadente Telemacho tradita Diomedi, tum forte appulſo. Regum diſceſſus.

Lib. XXII.

*Argumentum.*

Telemachi Salentum reditus: admiratio obmutatum ſtatum Salentini Imperii. Detectæ à Mentore cauſæ, ſaluti regnorum adverſæ. Telemachi conſilium de iungenda ſibi Antiope Idomenei filia laudatum à Mentore. Laus Regiæ Virginis.

Lib. XXIII.

*Argumentum.*

Idomenei metus ob futuram hoſpitem ſuorum profectionem. Studium illam impediendi delatis cauſis profanis & ſacris. Mentoris de utriſque ſententia & inſtitutio. Solennis venatus. Antiope in eo diſcrimen, diſcuſſum à Telemacho. Moleſtia iuvenis diſceſſus Salento tum faciendi tum petendi ab Idomeneo. Levata & diſſipata à Mentore. Utriſque ab urbe Salento in Ithacam proſectio.

Lib. XXIV.

*Argumentum.*

Varia præcepta Mentoris ad bene regendos populos & cognoscendos hominum animos. Exſcencio in inſula. Telemachi cum Ulyſſe genitore adhuc ignoto colloquium, & tenerior in eum ſenſus. Cauſa huius explicata à Mentore, adiecto ſolatio propediem videndi genitoris. Minerva in Mentore manifeſtata. Ulyſſes inventus & agnitus.

os ) o ( so

REVE.